

thet oc sua, som Guth forbythe, at them for:da her Bo eller hans arfuom kunne thetta forscrepno gotz aff ga meth laghom domom eller meth nokrom ræt, tha tilbinder jac mic oc mina arfua honum oc hans arfuom annat sua got gotz i sua gotho læghe som honum thet sua læghelika liggir, som thetta, igen gifua i samma stadhin innan sex wikur æpter thet honum eller hans arfuom thet afgangit ware meth sæmio eller swornom edhe, vtan alla gensæghn, oc gifuer jac hæratzhöfthinger i the hundare gotzit i liggir, fulla makt oc wald meth thesso sammo opno brefue them for:da her Bo Dyure eller hans wisso vmbudhi thetta forscrepno gotz a rættom thinxstadh oc thinxdagh at fastfara meth fastom oc fullom skælom til æwerdelika egho, æpter thy lagh til sighia, huilkin tidh han ther fæst vppå bedhis, lika viss jac ther syælf nær stadder ware. Alla thæssa forscrepna articulos oc huar therra særdelis om segh lofwar jac Botwidh i Sindastom meth minom arfuom for:da her Bo Dyure oc hans arfuom fasta, stadhuga oc obrutlika at halda widher ware gotho tro oc sannind, vtan alt arght. Til huilkins breffs mere wisso oc høghre forwaring tha ær mit incighle hær meth wilia fore hænght, oc til witnisbyrdh hafuer jac betet skælika manna incighle suasom Eric Nielsons oc Swen Thyrnasons at hængia fore thetta breff meth mino eghno. Datum Stocholmis, anno Domini millesimo quadringentesimo xvj^o, feria sexta post festum beati Mathie apostoli, sub sigillis prenominitis.

På frånsidan: Breff pa Digerne i Malstade sokn.

Sigillen: N. 1 saknas; N. 2. En belagd snedbjelke med omskr.: NICHOLAI; N. 3. En grenig växt med omskr.: SWEN THORNSSONS.

2193.

1416¹⁾ före d. 1 Mars.

Vadstena kloster till confessor generalis Ericus Johannis med underrättelser om munken Störkari sjukdom, om klostrets badstuga, rekommendation för en person, som önskar blifva munk m. m.

Afskr. i Codex 6 (Benz.) i Upsala Univ:s bibl., fol. 55 v.

Humillima in Domino salutacione sincere premissa cum omni reuerencia filiali. Amantissime pater, noueritis nos omnes fore corpore incolumes preter fratrem Störkarum, qui ad uite tendit iam vesperam et occasum; sed quantos sollicitudinum stimulos et dolores de vestra peregrinacione in nostris precordiis sustinemus, non sufficimus enarrare. Exspectamus enim reditum vestrum omni hora et quem desiderantes exspectamus non meremur intueri, sed vtinam Omnipotens nostram necessitatem attenderet absque dubio paternitatem vestram valde breuiter reuocaret et negocium vestrum perfeccionis titulo insigniret. Item quia dominam abbatissam cum priorissa et pluribus sororibus nostris nouiter inuenimus ad nostri balnei melioracionem plurimum inclinatum, de consilio eius et consensu in paucis diebus illud tes(ti)tudinari fecimus sine diuulgacionis strepitu, non in vestram, Deo teste, offensam, sed de vestra caritate intima presumentes id tam pro vestra quam nostra consolacione voluimus attemptare et speramus quod huiusmodi factum paternitas vestra nullatenus

¹⁾ Utan datering, men tillhör tiden näst före Vadstena-munken Störkari död ofvannämnda dag.

displicebit, quamuis non fuerat requisita, quia attentis omnibus circumstanciis caucius et melius est nos quam vos hoc fecisse, si inde obiurgacionis questio in posterum oriatur. Item quia lator presencium deuotis faucibus esurit nostre religionis ingressum et M. . . . sororum nostrarum ortulanus, qui secum versus Romam peregrinatus est, optimum sibi de vita sua et conuersacione perhibet testimonium, ideo bonum esset quod, si in Lalandia monasterium nostri ordinis fieret, ibi pro fratre conuerso acceptaretur, cum pecunie, quam possidet, quantitate. Item tantum duas vestras literas receperamus paternitatis vestre post recessum, optantes totis affectibus aut plures super peregrinacionem vestram cicius nos posse suscipere, aut personam vestram desiderabilem videre feliciter reuertentem.

2194. 1416 efter d. 1 Mars¹⁾. Vadstena kloster.

Abbedissan och konventen i Vadstena kloster till confessor generalis Ericus Johannis om munken Störkari död m. m.

Afskr. i Codex 6 (Benz.) i Upsala Univ:s bibl., fol. 56.

Fiali in Domino salutacione premissa sincere cum omnimoda reuerencia subiectiua. Dilectissime pater noster. Ecce anima nostra turbata est valde eo, quod paternitatem vestram, quam ex totis medullis anime exspectamus, nondum vidimus reuertentem putamusque de peregrinacione vestra vix tanta posse com[m]oditatis solacia subsequi quanta tristicie et incom[m]oditatis preambula antecedunt, et quamuis erga nos prospere aguntur vniuersa et multa ad vota nobis succedunt, nichil tamen nos habere putamus consolacionis quamdiu de vestra absentia suspiramus, nec possumus neque volumus peregrinacionem vestram diucius sustinere, ymmo nisi paternitas vestra reuersa fuerit infra breue faciemus eam per tales literas reuocari quod redire non differat, eciam si fundacionem illius monasterii per huiusmodi reuocacionem contingeret totaliter impediri, nam inconueniens esse dinoscitur vt sic curetur domus aliena quod reddatur propria desolata. Item frater S[tørkarus] per quinque ebdomadas est infirmitatis molestiis infestatus, sed tandem victus cessit dominica L^{me} viam vniuerse carnis ingrediens post cenam et in crastino est sepultus, cuius locum vacuum volumus remanere donec vestra paternitas redierit et ipsum, qui sibi succedat, prior elegerit, vt tenetur, quamuis talis dilacio nimis fuerit aliquibus onerosa. Paternitatem vestram etc.

Hec abbatissa ac vterque conuentus monasterii Watzstenensis vestre paternitatis grex humilis et sincerus.

Adress: Religioso viro ac nobis in Christo precarissimo fratri Erico, confessori generalis monasterii Watzstenensis, sincere et reuerenter presens detur.

¹⁾ Utan datering, men skrifvet till confessor generalis Ericus under hans vistelse på Lolland för birgittinerklostrets grundläggande 1416 och efter munken Störkari död d. 1 Mars.